

DE CONVERSIONE
Conjugatorum.

Cap. Ex publico.

S V M M A R I V M.

- 1 Sponsa de presenti non cognita, quae dicit religionem ingredi velle, compellitur infra certum tempus religionem profiteri, vel adherere marito, & n. 10.
- 2 Cause matrimonialis tractatus, & cognitio ad Episcopum pertinent.
- 3 Sponsa de presenti potest compelli per censuras ecclesiasticas ad matrimonium consummandum, & mutuum cohabitacionem.
- 4 Et cogi potest praecise, & adduci ad domum viri.
- 5 Coitus primus inter coniuges non est gratuitus.
- 6 Sponsus etiam si fuerit Papa, nec alias religionem intraret, teneretur matrimonium consummare.
- 7 Uxor non cognita aetiam invito viro potest ad religionem transire, licet inter eos discordia praecesserit.
- 8 Excommunicatus pro manifesta offensa non absolvitur cum cautione, sed satisfactione praemissa, nisi satisfactio concernat spiritualia, & n. seq.
- 9 Prohesio fieri non debet ab excommunicato, sed facta tenet.
- 10 Sponsa de presenti volens ad religionem transire, praestare debet cautionem saltem iuratoriā, quod infra duos menses transibit, vel adheret marito.
- Et quae sint rationes, num. 13.
- 11 Et an hoc tempus duorum mensium detur ad profitendum, an vero ad ingrediendum religionem, & n. seq. usque ad n. 27.
- 12 Matrimonium ratum non solvitur per ingressum religionis, nisi sequatur professio.
- 13 Copula carnalis complet translationem corporis utriusque coniugis in potestatem alterius, & uterque intrat in potestatem sibi tradita potestatis, & num. 51.
- 14 Sponsa de presenti ingrediens religionem sine licentia sponsi non habet nisi duos menses ad profitendum, sed si cum licentia, habet integrum annum, quo elapso intelligitur tacite professa.
- Et quid in Ordinibus Mendicantium, n. 19.
- Et quid post Concilium Tridentinum num. 24. & num. 36.
- 15 Sponsa ingrediens religionem sine licentia viri an lapsis duobus mensibus tacite professa intelligatur.
- 16 Matrimonium non consummatione solvitur per professionem tacitam sicut per expressam, & num. 37.
- 17 Coniuges in multis casibus sine culpa, sed non sine causa continere coguntur.
- 18 Uxor tenetur maritum cruce signatum expectare quantumvisque annis absuerit, licet voto peregrinationis mariti non consenserit.
- 19 Sponsa ingrediens religionem non Mendicantem sine licentia viri de iure censetur anno probationis reuocari.
- 20 Matrimonium post lapsum est in remedium concupiscentiae.
- 21 Anno probationis etiam in Ordinibus non Mendicantium post Concilium Tridentinum renunciarum non potest.
- 22 Decretum irritum in aliqua dispositione appositum operatur, ut pars non possit illi renunciare.
- 23 Bimestre tempus, quod datur coniugi ad intrandam religionem, currit a die praesentationis factae a iudice.
- 24 Sponsa de presenti si fuerit violenter cognita a marito, an possit ipso invito ad religionem transire, late discutitur, ut num. seqq. usque in fin.
- 25 Delinquens non debet esse melioris conditionis, quam non delinquens, & num. 43.
- 26 Corrupta violenter perdit virginitatem, non tamen eius beneficium quantum ad Deum, & n. 55.
- 27 Lex promotionis respicit factum, non voluntatem, & num. 54.
- 28 Sponsus de presenti an licite possit sponsam rapere, & vi corrumpere.
- Quid si sponsa non excipiat se velle ad religionem transire, num. 33.
- Et quid si excipiat, sed lapsi sint duo menses, vel annus probationis, num. 35. & 36.
- Et quid si tempus lustralis nondum sit elapsum, num. 38.
- 29 Maritus peccat vim inferendo sponsae, nisi prius adhibeat diligentiam ad eam disponendam.
- 30 Exceptio regulariter non praefert nisi opponatur.
- 31 Sponsus, qui infra bimestre sponsam de presenti violenter cognoscit, multipliciter delinquit, & num. seqq. usque ad num. 45.
- 32 Sponsa per vim deplorata perdit privilegium virginitatis, & consequenter consecrationis, & aureole, & num. 55.
- 33 Religio licet non professam opprimens est sacrilega, & excommunicata.
- 34 Et impediendo religionis propositum est excommunicandum.
- 35 Maritus rapiens, & vi corrumpens uxorem non incidit in Constitutionem Si quis in tanta, sed aliter puniatur.
- 36 Satisfactio vitiose praestata non dicitur praestata.
- 37 Sponsa de presenti cognita a marito per coactionem conditionalem non potest eo invito ad religionem transire.
- 38 Matrimonij consummatio requirit consensum saltem inclusum in coactione conditionali, & num. 49.
- 39 Caro non potest dici corrupta nisi mens prius corrupta fuerit.
- 40 Corpus mulierum non vim maculat, sed voluntas.
- 41 Matrimonium consummatione representat unionem Christi cum Ecclesia per carnem, & sortitur effectum à iure divino, & in solubilitatem.
- 42 Sacrum omne quod est, vel alterius rei signum, illius debet esse simile.
- 43 Ad matrimonij consummationem requiruntur consensus animorum, & coniunctio corporum.
- 44 Ua praesentia impedit consummationem matrimonij tam spirituali, quam carnali.
- 45 Vir, & mulier per copulam fornicariam non efficiuntur una caro.
- 46 Corrupta violenter inter virgines consecrari non potest.

EX PUBLICO. Sponsa de presenti non cognita, quae dicit religionem ingredi velle, compellitur infra certum tempus religionem profiteri, vel adherere marito; hoc dicit Jo. And. Butr. Card. Anchar. Abb. & Jo. de

- de Anan. Prima pars narrat factum. Secunda, ibi, Ceterum, mulieri petenti dicitur iudicem, Tertia solvit obstaculum, ibi, sanè.
- 2 Nota primò, ibi, Cum Veronensis Episcopus tractatum, & cognitionem cause matrimonialis ad Episcopum pertinere. Ad hoc Concilium Tridentinum sess. 24. c. 20. §. Adhuc, de quo dicitur scripti in cap. Accedentibus, à num. 2. infra de excess. Prelat.
- 3 Secundò nota, ibi, Quod cum tenueret, fuit vinculo excommunicationis affecta. Sponsam de presenti posse compelli per censuram ecclesiasticam ad matrimonium consummandum, & mutuum cohabitacionem. Ad idem cap. Litteras, §. Porro, de restitut. spoliator, & cap. Inquisitioni de sentent. excomm. quoniam cogi potest praecise, & adduci ad domum viri, ut concludit Abb. in dict. cap. Litteras, num. 29. dicens ita conlulisse Cardinalem, & licet primus coitus non est gratuitus, quia statim post consensum mutuum de presenti tenetur reddere debitum, ut notat glo. 2. in cap. Coniuges, 27. q. 2. Goffred. & Hostien. hic num. 4. Cardin. in 2. not. ab. & Abb. num. 1. Quinimo ut inquit Archid. & Bellam, in c. Desponsatam, nu. 4. eadem caus. & q. Si Papa fuerit, nec alias intraret religionem, teneretur matrimonium consummare, quia ex quo matrimonium tenuit, consummari debet, & ad hoc est compellendus is, qui renuit, nisi intra tempus religionem intraverit, ut in hoc cap. nulla alia exceptio obstat, ut patet in cap. 2. de coniug. leprosor. Ad quod etiam facit cap. Ex parte, l. secundo, §. Porro, infra eodem, ibi, nisi se voto aditrixerit ad observantiam regularem, quem solum casum excipit illa littera secundum Archidiaconum supra.
- 7 Tertio nota, ibi, Si praedictus vir eam carnaliter non cognoverit. Ante matrimonium consummatum licere uxori etiam viro invito ad religionem transire, licet inter eos discordia praecesserit; & sic non potest obijci uxori, quod hoc faciat levitatis causa, sicut potest obijci Monacho de una ad aliam religionem transire volenti, ut cap. Licet, supra de Regular. & bene hic per Abbat. in 4. not.
- 8 Quarto nota, ibi, Sufficienti cautione, excommunicatum pro manifesta offensa in spiritualibus absolvi cum cautione. Et sic limita text. in c. Ex parte, in fin. de verb. signif. & in cap. Venerabilis, de sentent. excomm. tit. 6. ubi patet excommunicatum pro manifesta contumacia non debere absolvi, cum cautione, sed satisfactione praemissa. Hec enim iura limitantur communiter à DD. ut non procedant quando implementum satisfactionis, & purgatio contumaciae concernit spiritualia, pro ut contingit in casu hujus Decretalis, quia non erat honestum ut haec mulier excommunicata pro manifesta contumacia intraret religionem, licet professio valeret, ut est textus notab. in cap. Cum illorum, de sentent. excomm. Collige igitur regulam, quod ubique excommunicatus debet exercere aliquod spirituale, potest absolvi ante satisfactionem, ne contingat eum excommunicationis vinculo inodatum spiritualia attentare. Quae declaratio fuit Abb. Antiq. hic num. 1. & eam postea sequuti sunt Jo. Andr. n. 3. circa med. vers. Et notatur per hoc, Butr. num. 5. Cardin. num. 2. Anchar. num. 3. & Abb. Siculus num. 11. vers. Sed contra hoc Eandem declarationem posuit Innocent. in cap. Pro illorum, num. 5. de proben. cum quo concor-

- dant ibi, Abb. Antiq. num. 3. Host. num. 8. Jo. And. num. 1. & communiter DD.
- 10 Ultimo nota, ibi, Ad virum suum redire infra duorum mensium spatium, quod viro petente, ut sibi uxor exhibeat maritalem affectum, & reddat debitum conjugale, & uxore excipiente se velle ad religionem transire, debet uxor praestare sufficientem cautionem, quod infra duorum mensium spatium, vel ad religionem transibit, vel ad virum suum redibit, ut in littera. Et licet aliàs nomine sufficientis cautionis intelligatur datis pignorum, vel fideiussoribus, l. Si mandato, §. ultim. ff. Mandat. tamen si uxor non possit praestare nisi iuratoriā, iudex debet eam admittere, ut est text. in cap. Per vestras, infra de donat. inter vir. & uxor. & in auth. Generaliter, c. de Episcop. & cler. & in regula Ad impossibile, de regul. iuris lib. 6. & concludunt hic Hostien. num. 3. Abb. Antiq. num. 1. Abb. Siculus num. 11. & alii communiter, & sentit glo. in ver. Sufficienti, dicens in hoc casu id esse arbitrium iudici per cap. Quoniam 24. dist. & adde quod in proposito scripti in cap. Odoardus, num. 69. supra de solut.
- 11 Sed hic incidit dubitatio, nunquid hic terminus duorum mensium assignetur conjugati ad profitendum, an vero ad ingrediendum religionem.
- 12 In hoc articulo tres sunt scribentium opiniones. Prima opinio est Innocentij hic in verb. Duorum, qui tenet hunc terminum non dari sponse ad deliberandum, an velit redire ad sponsum, vel transire ad religionem, sed ad religionem probandam, ita ut non habeat amplius tempus probationis, sed lapsis duobus mensibus statim profiteri cogatur, licet Episcopus ex causa possit hunc terminum prorogare, & restringere. Rationem reddit Anchar. hic nu. 4. quia cum hoc spatium duorum mensium hic detur ad transeundum ad religionem, huiusmodi transitus debet intelligi cum affectu, videlicet ut ingrediatur, & profiteatur; nam per simplicem ingressum non esset sponso plene consultum, qui forsitan juvenis est, nec potest diutius expectare, & continere: Et haec causa forte movit Pontificem ad restringendum terminum unius anni, qui regulariter datur ad religionem probandam, ut in cap. Ad apostolicam, supra de regular. Similiter Abb. hic num. 11.
- 13 circa finem vers. Et advertite, dicit hunc terminum duorum mensium non dari solum ad intrandum religionem, sed etiam ad profitendum, quia text. debet intelligi de ingressu religionis cum effectu, aliàs non esset sufficienter provium sponso, cum non possit transire ad secundas nuptias, nisi sponsa profiteatur, quia ante illius professionem non dissolvitur matrimonium, ut notatur in cap. Sanè supra eod. & subdit hoc aperte sentire glossam hic, quam notant, & communiter tenent Doctores. Idem firmant Jo. Andr. in c. Quae contrarias num. 12. vers. Sed dices, de regul. iuris lib. 6. & post eum Henric. Boich. in cap. Vxoratus, num. 4. eodem vers. infra eod. Gemin. in cap. fin. num. 8. & ibi etiam Praeposit. num. 4. circa med. vers. Praecedunt praemissa, §. distinet. Summa Tabiena in verb. Matrimonium, ter. tid. vers. Quod tempus, & Navarr. dicens communem in Manuali, c. 16. num. 27.
- 14 Secunda opinio primae opposita est Hostien. hic num. 4. in verb. Infra duorum, qui tenet tempus bimestre dari ad deliberandum de religionis ingressu, non autem ad profitendum, & dicit opi-

nionem Innocentij esse contra hunc textum, qui non loquitur de professione, sed de transitu ad religionem; nec sibi placet ut uxor statim elapsis duobus mensibus profiteri cogatur; imo secundum eum habebit animum integrum ad probandum religionem, & profitendum, qui sine magna, & urgente causa a iudice arctari non potest. Et cum hac opinione, quam recitat ultimo loco, videtur transire Anton. de Butr. hic n. 12. & eam probant Sancti Antonin. 3. par. tit. 1. cap. 21. §. 1. Summa Armilla in verb. Divortium, num. 5. Petr. de Palud. in 3. sent. distinct. 27. q. 3. art. 2. concl. 2. non. 14. Sot. eadem distinct. 27. q. 1. art. 4. vers. At verò si infra, & veriore n. dicit I. hom. Sanchez de matrim. lib. 2. q. 24. num. 4. & communem Basilium Pontium in tit. de dissolut. vinculi, & divort. cap. 9. Et videtur ex mente D. Thomae in 4. sent. distinct. 27. q. 1. art. 3. q. 2. Ad secundum, ait enim: [Ante carnalem copulam non est omnino translatus corpus unius sub potestate alterius, sed sub conditione, si interea aliter conjugum ad frugem melioris vite non conuertat: sed per carnalem copulam completur d. translatio, quia tunc intrat uterque in corporalem possessionem sibi tradite potestatis; unde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de presenti; sed datur ei tempus duorum mensium propter tria; Primum, ut interim possit deliberare de transendo ad religionem. Secundò, ut præparetur quæ sunt necessaria ad solemnitatem nuptiarum. Tertio ne vilem habeat maritus datam, quam non suscipiavit dilectam.] Hæc Sanctus Thom.

16 Tertia opinio media sic distinguit: Aut sponsa transit ad religionem sine licentia sponsi: Et non habebit tempus probationis nisi duorum mensium, & in hoc primo casu intelligitur hoc cap. Aut transit de illius voluntate: & sponsus tenetur expectare usquequo sit elapsus annus probationis, quia ex quo assensum præbuit ingressui, videtur consensisse ut habeat tempus ordinarium. Ita distinctio gloss. unica in c. Desponsatam, 27. q. 2. quam gloss. approbant Goffred. & Philippin. cap. Consultati, de regular. & post eos Archidia. & Bellamer. in d. cap. Desponsatam, in princip. & sentit gloss. hic in verb. infra duorum, dum ait: [Uxori transenti ad religionem non dabit Episcopus tempus probationis, nisi maritus consentiat.] Et satis est, ut consentiat ingressui, ut dicunt quidam, quos tacito nomine recenlet Joan. Andr. hic num. 3. circa finem vers. Et ibi consentiat. Et concordant hic Cardin. in 6. q. ubi concludit cessante consensu mariti, tempus duorum mensium dari uxori, non simpliciter ad deliberandum, sed ad ingrediendum cum effectu, ita ut elapsis duobus mensibus cogatur uxor non proficere ad rediendum ad virum, & nõ rediens excommunicabitur. Et Petr. de Anchar. num. 10. ubi advertit text. nostrum loqui in casu, in quo sponsus petebat sponsam, & contradicebat ingressui, quo casu annalis dilatio coarctatur ad duos menses, ut in littera. Si autem sponsus consensisset ingressui, tunc sponsa habet probationis annum, quo elapso intelligeretur tacite professæ, cap. Statimus, supra de regular. Ita Anchar. qui amplius putat etiam in primo casu, in quo sponsus contradicit ingressui elapsis duobus mensibus post ingressum induci professionem tacitam, quasi per assumptionem habitus cum per-

verantia professione inducatur, sicut per lapsum anini, ut sic dilatio ex causa limitata eundem producat effectum, quem dilatio integra, arg. Sive pars, C. de dilatione, quod est contra Innocent. Cardin. & alios supracitatos, num. 12. qui dicunt elapsis duobus mensibus sponsam esse compellendam per excommunicationem ut vel proficatur, vel ad virum redeat. Et sic supponunt eam non esse tacite professam, alias non posset cogi ad virum redire, quia matrimonium non consummatum solvitur per professionem tacitam, sicut per expressam ut est text. clarus in Extrav. Antiqua, lo. XXII. circa fin. de voto. Eandem distinctionem sequitur Jo. Brunellus de sponsalib. concl. 3. num. 2. inter Tractatus communes, vol. 16. fol. 32.

19 Sed nos credimus has opiniones omnes in terminis juris consensu esse conjungendas, & distinguendum inter Ordines Mendicantium, & non Mendicantium: Nam si alter conjugum velit ingredi religionem Mendicantium, habebit annum integrum ad proficendum, live alter consentiat ingressui, live non. Et in hoc casu putamus veram esse secundam opinionem Hostien. & sequacium, de qua supra num. 14. quia annus probationis in Ordinibus Mendicantium etiam de jure brevior, seu restringi non potest, ut est text. in cap. Non solum, de regular. lib. 6. & ob hanc rationem Jo. de Anan. hic num. 6. dubitat de veritate opinionis Innocentij in Religionibus Mendicantium. Quare cum text. noster det duos menses sponse, ut transeat ad religionem, intelligat hæc verba secundum propriam significationem de ipso ingressu, non autem de professione, ut vitetur juris correctio,

20 ad c. Cum expediat, de elect. lib. 6. Nec obstat quod per hanc annalem expectationem conjux qui remanet in sæculo, subit periculo lapsus carnis. Quia respondet ut notatur in cap. Quoniam frequenter, §. Porro, vers. Si autem, supra, ut lit. non contentat. ibi: eo nequaquam obitante, quod de lapsu carnis posset opponi, quoniam in conjugio multi casus occurrunt, in quibus conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur, &

21 plures ibi enumerat gloss. in verb. Multi casus. Et ultra illos maritum Cruce signatum tenetur mulier expectare quantumque annis abfuerit, licet voto peregrinationis mariti non præbuerit assensum, ut est text. in cap. Ex multa, §. In tantum, infra de voto: Ergo multò fortius tenetur per annum expectare ingredientem religionem, cum hoc votum vincat illud peregrinationis, cap. Scriptura eod. tit. quod considerat Jo. Brunell. de sponsal. d. conclus. 30. n. 2. vers. Nec obstat quod per illam exceptio-

22 nem. Sin autem sponsa transire velit ad ordinem non Mendicantium, tunc si remanens in sæculo non consentiat ingressui, cogetur illa infra duos menses profiteri, quia cum voluerit religionem ingredi, & religio eam recipere, sponsa contradicente, censetur uterque renunciante anno probationis, quod fieri poterat de jure in Ordinibus non Mendicantium, c. Ad Apostolicam, & cap. Statimus, de regular. juncto d. cap. Non solum, eod. tit. 23 lib. 6. Et cum valde fit verisimile Summum Pontificem voluisse coarctare annum probationis ad duos menses favore sponsi, ut advertunt DD. durum esset eum, qui forte juvenis est, expectare debere per 14. menses, duos scilicet, qui dantur sponse ad ingrediendum, & duodecim qui dantur ad proficendum, & ex quo ad hoc nulla nos compellit

pellere necessitas, cum annus probationis ex causa restringi possit in Ordinibus Mendicantium, ut dictum est: inconveniens esset cum adducere in periculum incontinentiæ, cum matrimonium post lapsum sit in remedium concupiscentiæ, & in subsidium fragilitatis humanæ, cap. Nuptiarum, 27. quest. 1. cap. Quicquid, 32. quest. 2. gloss. in Extravag. Antiqua, lo. XXII. in verb. Esquis, de voto: nam secundum Apostolum, 1. ad Corinth. 7. Propter fornicationem unusquisque suam uxorem habeat, & unusquisque suum virum habeat: & infra: quod si non continent, nubant, melius est enim nubere, quam uri, cap. Sicut, §. Si ita responderetur, 32. quest. 2. Optime facit text. in cap. 1. cum multis seqq. 32. q. 5. Si verò sponsus consenserit ingressui, tunc non est inconveniens, ut expectet donec labatur integer annus probationis: nam quilibet renunciare valet ei, quod pro se nocetur introductum, dicto cap. Statimus supra de Regular. ad hoc cap. Nolle, ibi. Nisi amborum consensu, 30. q. 1. & cap. Quod Deo parit, 32. q. 5. cum similibus: Facit regula l. 1. §. Vique adeo, ff. de iniur. & l. Nemo videtur, ff. de regul. iur.

Sed hodie cessant hujusmodi distinctiones, quia ex Concilio Tridentino sess. 25. de Regular. c. 15. juncto cap. 22. in quacumque religione tam Mendicantium, quam non Mendicantium nulla est professio facta ante annum probationis expectatum; ac proinde ex Sacra Congregationis sententia anno probationis amplius renunciari non potest; ea enim est natura decreti irritantis in aliqua dispositione appositæ, ut pars non possit tali dispositioni renunciare, cap. Dillecto, circa finem, vers. Nisi forte, de preben. Et ibi notat gloss. in ver. Nullusmodi elatus, Hostien. num. 14. in eod. verb. & apertius Abb. d. num. 14. gloss. in cap. Dispensat in ver. Processus, de rescriptis, lib. 6. & alii, quos copiose cumulat Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 6. in tit. de clausul. concl. 3. num. 18. Quare live maritus consentiat ingressui, live contradicat, uxor non cognita habebit annum ad probandum religionem, nec antea poterit valide professionem emittere; Consilium enim censetur revocare voluisse quicquid jure antiquo de breviori tempore probationis constitutum erat; quod etiam advertit novissimè Basil. Pontius de matrim. in tit. de dissolutione, vinculi, & divort. cap. 9. num. 2. vers. Idque hodie multò magis, ubi etiam refert duas declarationes Sac. Congregationis.

26 Non tamen admittimus quod ibi ait D. Basilus duos menses esse computandos de jure à die contracti conjugii: imo enim ex communi Canonitarum sententia computari debent à die præfixionis factæ à iudice, ut notat gloss. hic in verb. Infra duorum, Hostien. num. 4. in eod. verb. Card. quest. 7. & reliqui omnes, & satis colligitur ex hoc textu dum mandat Episcopo, ut recipiat ab uxore sufficientem cautionem, quod infra duos menses vel ad religionem transibit, vel ad virum redibit: ex hoc enim patet ad hoc prærequiri ministerium hominis; ac proinde terminum non posse currere ipso jure à die celebrati matrimonii, sed à die præfixionis termini, arg. l. Quædam, la. secunda, ff. de acquir. heredit. cum similibus, ut dixi in cap. Cum sit ors, num. 45. & 46. de ar. & qualitat.

27 Ulterius dubitatur cum hic textus dicat sponsam de presenti posse ad religionem transire, si

sponsus eam carnaliter cognoverit; quid si eam cognoverit violenter?

28 In hoc quoque articulo sunt varie opiniones Doctorum, de quibus per Joan. Andr. in reg. qua contra tu, de reg. iur. lib. 6. in Mercurialib. ubi post prolixam disputationem videtur sequi opinionem Bartholomæi Brixienfis in quaestione, Dominical. 80. incipien. Aliquis per verba de presenti, inter Tractatus communes vol. 17. fol. 48. qui tenuit sponsam vi oppressam ingredi posse religionem invito sponso, ne delinquens sit melioris conditionis quam non delinquens, cap. Eum qui, de preben. lib. 6. l. Non fraudantur, §. Nemo, ff. de reg. iur. l. Servus, ff. Quod vi aut clam. Idem voluit gloss. in cap. Si evangelica, §. distinct. Et ibi Archidia. num. 6. Gemin. num. 7. & 8. & Præpos. num. 4. Ant. de Butr. in cap. Verum, num. 3. & ibi etiam Abb. num. 9. & Jo. de Anan. num. 4. supra eodem, Felin. in cap. Causam que, num. 4. in fin. de probationib. Angel. in verb. Matrimonium, 3. num. 7. 29 Sylvester in verb. Divortium, qu. 5. Angel. de Perulio in l. 1. §. Removet, num. 2. ff. de postulando, ubi ait, corruptam violenter perdere virginitatem, licet nõ ejus beneficium quantum ad Deum, Hippolyt. de Marfil. in l. 1. §. Prætereà, num. 15. ff. de quaestioib.

30 Contrarium voluit Hostien. in summa hoc tit. §. Et utrum possit exire, vers. Quid si virgo, ubi querit quid virgo erat, & dum propter abbatem monasterium ingrediendi causa, maritus eam sequutus est, & violenter defloravit ipsa verò cum evasisset, nihilominus intravit: certe, ut ipse ait, reddenda est marito, qui jure suo usus est, argum. cap. Cum ecclesia Viterama, in fin. supra de electione. Neque enim ideo quia coacta fuit mulier prima nocte, & invita cognita, matrimonium non consummatum iudicabo, quia negari non potest quin una caro effecti sint Sacramento matrimonii præcedente, cap. Ad Apostolicam, infra eod. cap. Si Paulus, 32. q. 5. & ex quo cognoscitur, præsumitur consentire, cap. Insuper qui matrim. accusat, poss. Nec obstat quod perinde sit, ac si non fuisset cognita, cap. 1. cum quatuor, cap. seqq. 32. q. 5. quoniam illa sunt intelligenda quantum ad salvationem animæ, secundum Hostien. & concordant Jo. de Ancona in summa hoc tit. §. Quid si virgo, & Henric. Boich. dicens hoc verius videtur in cap. Vxoratus, num. 3. infra eod. & Sylvester in verb. Luxuria, q. 6. num. 6. vers. Adde ex Hostien. Fr. Jacobus, & Guido in suis disputationib. relati à Jo. Andr. in d. reg. Que contra in princip. Jo. de Deo relatus à Butr. in cap. Verum, num. 3. supra eodem. Idem voluit Bald. in cap. penult. num. 8. de probationib. ubi ait: Si puella est cognita etiam per vim, non potest suum spoliare maritum contra vi, & propria auctoritate, nec potest ingredi monasterium, quia gloria virginitatis non est in ipsa. Ad hoc facit secundum Barthol. Brixiensem, quia lex promotionis respicit factum, non voluntatem, cap. Si quis non natus, 15. q. 1.

31 Ideoque quantum ad legem promotionis nihil prodest ei, qui oculum invitatus amisit, d. c. Si evangelica, §. distinct. Unde à simili sola carnis commixtio videtur spectanda. Idem tenuerunt Petr. de Palude in 4. sentent. dist. 28. quest. 3. col. 4. Durand. ibidem, distinct. 27. quest. 2. S. Antonin. in 3. par. tit. 6. cap. 21. §. 1. & Sigil. de Eghindbertis, in q. 3. post disputationes Pauli de Eleaza-

rjs, cum quibus videtur transire Covari. in Epitom. de sponsalib. 2. par. relect. cap. 7. §. 4. num. 10. Sotus in 4. distict. 27. quest. 1. art. 4. vers. Quid autem curis

In hoc opinioinum consensu tu considerantiam utriusque partis auctores vim constituunt in hoc, quod sponsus extorquendo copulam violententer delinquit, vel non delinquit: quandoquidem Barthol. Brixien. auctor primae opinionis fundat eam in hoc, quod sponsus delinquit opprimendo sponsam violentem ingredi monasterium; & ideo licet sponsa vi desolata ad religionem transire, quemadmodum liceret si sponsus eam non cognovisset, ne melioris sit conditionis delinquens, quam non delinquens. Contra vero Hostiensis auctor opinionis contrariae dicit sponsam propterantem ad religionem, & vi corruptam esse reddendam marito, qui usus est iure suo. Itaque solutio questionis videtur pendere ab inspectione an sponsus de praesenti habeat jus extorquendi debitum a sponsa invita.

In qua dubitatione ego pro veritate existimo tres casus esse distinguendos. Primus est quando sponsa non dicit se velle ad religionem transire, aut de ingressu religionis deliberare, sed simpliciter renuit matrimonium consummare, vel aliam causam allegat, quam transitus ad religionem, veluti quod non intendit virginitatem admittere; & hoc primo casu vir post adhibitas diligentias ad eam disponendam potest etiam sine peccato eam rapere, & vi corrumpere. Dixi post adhibitas diligentias, quia alias peccaret vim inferendo. Sanctus Thom. in 2. 2. q. 154. art. 7. ad 4. Quem ita intelligit, & declarat Sylvester in ver. Luxuria, num. 6. vers. Dicit tamen s. Thomas. Ratio huius conclusionis est, quia ut supra diximus in secundo notabili, primus coitus est ex debito, & non gratuitus, & sponsa post consensum mutuum de praesenti tenetur statim reddere debitum petenti.

Secundus casus est, si eam non haberet, regulare enim est, ut exceptio non prosit nisi apponatur, ut insinuat de exceptione, per tot. & notat Bart. in l. Eum qui ita, §. Qui ita, num. 4. vers. Moveo tibi unum dubium, ff. de verb. obligat. quem ibi alij sequuntur, & in hac specie firmat Bald. in l. unica, num. 24. C. de rapta virginum, ubi concludit maritum, qui rapit uxorem non cognitam carnaliter, ita deum posse puniri, si appareant signa, quod ipsa volebat monachari, alias secus. Et cum hac distinctione dicit debere intelligi opiniones Doctorum, & sequitur Salycet. in d. l. unic. num. 9. Jo. de Anan. in cap. fin. num. 4. de raptor. Covar. in Epitom. de sponsalib. par. 2. cap. 7. §. 4. num. 11. dicens non esse puniendum sponsam, qui sponsam de praesenti per vim cognovit, & rapuit, nisi ipsa praecogitaverit, & tractavit de religionis ingressu, Sotus in 4. sent. distict. 27. quest. 1. art. 4. vers. Quid autem iuris: & supponunt omnes supra allegati in sumario textus, dum loquuntur de sponsa, quae dicit se velle religionem ingredi: quasi oppositum sentiant si id non dicat, quicquid contra scripserit Thom. Sanch. de matrim. lib. 2. distict. 22. num. 16. Quare si uxor post copulam vi extortam hoc casu

ad religionem transiret, & profiteretur, esset reddenda marito, qui usus est iure suo, secundum opinionem Hostiensis, quia matrimonium verè, & legitime fuit consummatum, iuxta text. in c. Quidam, supra eod. & infra in cap. Accedens.

Secundus casus est, quando marito volenti copulam extorquere uxor opponit quidem exceptionem ingressus religionis, sed tamen lapsus est bimestre, vel aliud tempus arbitrium, quod ex praescripto huius Decretalis assignatur conjugati volenti ad religionem transire: & tunc maritus utique potest cogere uxorem ad matrimonium consummandum, eamque relucantem vi desolare quia utitur iure suo, & per copulam etiam vi extortam hoc casu matrimonium consumatur, adeo ut neutri conjugum liceat amodo altero invito ad religionem transire. Neque hoc casu intrat opinio Bartholom. Brixien. & sequacium, quia supponunt maritum delinquire vim inferendo, quod non contingit in hac specie, sed potius intrat contraria opinio Hostien. qui supponit maritum iure suo uti copulam extorquendo; unde iure optimo Jo. Andr. in d. regul. Quae contra n. 12. vers. Posset dici etiam, de regul. iur. lib. 6. ait, quod non dubiam dici posse quando post assignationem duorum mensium, vel temporis arbitrarij fieret talis oppressio ante omnem professionem, quasi tunc licet potuerit sponsus copulam exigere ab invitata; & cum Jo. Andr. consentiunt Biter. Abb. Jo. de Anan. & alij supra citati, n. 28. Henric. Boich. in c. Vxoratus, n. 4. inf. eod.

Ceterum advertere, quia quod dictum est de tempore duorum mensium vendicat sibi locum si sponsa nondum intraverit monasterium; tunc enim lapsis duobus mensibus ut supra assignatis, licebit sponso iure suo uti per praedicta. Verum si sponsa religionem intraverit, tunc non sufficit ut lapsi sint duo menses, sed sponsus expectare debet ut labatur integer annus requisitus ad professionem emittendam, per ea, quae dicta sunt supra num. 24. Eoque transacto poterit eam repetere, & e monasterio egressam vi desolare, dummodo tamen expresse, vel tacite professionem non emisserit: nam per eam solvitur vinculum matrimonij nondum consummati, ut est text. in Extravag. Antiqua, in fin. de voto, & rapiens, & vi corrumpens sic professam puniendus est, ut cap. Si quis uxorem, 27. q. 1. & cap. Si quis non dicam, 36. q. 1. & in proposito post Hostien. notat Joan. Andr. in d. reg. Quae contra n. 11. vers. Fateretur, quod secus si post tempus, & num. 12. ubi hunc casum similiter inter non dubios recenset.

Tertius casus est, quando sponsa excipit se velle religionem ingredi, & non dum elapsus est tempus duorum mensium, vel aliud arbitrium, ut supra assignatum, aut si ipsa iam ingressa est religionem, adhuc tamen est infra annum probationis: & in hoc tertio casu vir abque dubio delinquit, quia sponsam contra jus, & vitiose opprimendam si non fuisset oppressa, suo iure poterat debitum denegare, sive dicamus primum coitum fuisse gratuitum, sive dicamus competere sponsae exceptione temporis ad transfundendum ad religionem secundum ea, quae notantur in c. Coniuges, 27. q. 1. Delinquit ergo sponsus privando illam privilegio virginitatis, & per consequens consecrationis, & aureole, ut notatur in cap. Revera, & cap. Ille, 32. q. 5. non enim habebit illum fulgorem in corpore, quem

quem specialiter habebunt solae virgines, ut inquit Archid. in summa eadem caus. & quest. num. 2. circa fin. in verb. Avelata. Item delinquit petendo plus causa, vel tempore, ut c. unie. de plus petition. & fuit amator ardentior in uxorem, cap. Origo, 32. q. 4. Item sacrilegus, & excommunicatus opprimendo religionem, licet non professam, cap. Religio, de sentent. excomm. lib. 6. Item excommunicandus impediendo religionis, & castitatis propositum, cap. fin. 32. q. 2. ad hoc cap. Multos, 54. dist. Item quia jus sibi dixit in te propria, contra id quod habetur in c. Placuit, 16. q. 6. & in l. Nullus, C. de iudic. Item quia iure beneficium mulieri, quae non solum verbo, sed facto suam voluntatem ostendat, auferre non debuit, cap. Indultum, 42. cum concordantibus de regul. iur. lib. 6. & quamvis non puniatur ut raptor, nec incidat in Constitutionem Si quis in raptu, ut notatur in cap. 2. 36. quest. 1. puniri tamen debet ut transgressor legis prohibentis ne quis rapiat sponsam propriam, l. Vnicas, C. de rapt. virgin. Nam sic est in matrimonio spiritali, quia non debet sponsus suam sponsam, vel beneficium rapere violententer, cap. Eum qui, de prebend. lib. 6.

rum non vis maculat, sed voluntas, cap. Propositus, & cap. De pudicitia, vers. Corpus, eadem caus. & quae sione. Cum ergo haec mulier iure, facto vel corrupta non debeat reputari, adhuc quasi in corrupta poterit Religionem profiteri. Item si ab alioquam a marito vi oppressa fuisset, maritus hoc ei imputare non posset, ut l. Vin passa, ff. de adulter. Ergo multo minus imputare ei debet quod ipse fecit. Demum matrimonium consummatum representat unionem Christi cum Ecclesia per carnem; & forsitur effectum a iure divino, & indissolubilitatem, cap. Deinde, 26. dist. cap. Cum societas, 27. q. 2. cap. Debitum, de bigam. & c. Vnico, de voto, lib. 6. Ergo per eam solum copulam consummatur, quae potest hanc unionem representare, quia omne quod est sacrum, vel alterius rei signum, illius debet esse simile, cap. Signum est, & cap. Species, de consecrat. dist. 2. sed talis est sola copula voluntaria, cum unio Christi voluntaria fuerit, s. Thom. in 3. par. q. 1. art. 2. ergo per solum copulam voluntaria matrimonium consummatur; & sic duo requiruntur ad confirmationem matrimonij, consensus animorum, & commixtio corporum, quae firmat, & pericit, cap. In omni, 27. q. 2.

Item vis praecisa, & absoluta impedit consummationem matrimonij spiritualis, arg. cap. De iudic. 45. distict. & cap. Mores, de Baptismo, & cap. Gestis, 74. distict. ergo fortius impedire debet consummationem matrimonij carnalis, in quo cessare debet omnis coactio, cap. Cum locum, de sponsal. & probatur a contrario sensu in cap. Insuper, Quae matrim. accusare poss. nam si requiritur ut scilicet copula carnalis consenserit, utique si non consensit, cessat matrimonium, cap. Continuatur, ibi, de suo assensu desponsata, vel cognita, de desponsat. impub. Non enim videtur communicare corpus suum, ex quo per vim fuit cognita. Ude intrat ratio cap. Verum, supra eodem, ibi; Quia cum non fuisset una caro simul effecti, satis potest unus ad Deum transire, & alter in saeculo manere.)

Non obstat, quod ex copula violenta oriatur affinitas, ut c. Discretionem, infra de eo qui cogn. consang. uxor. sue. Quoniam non propterea efficiuntur una caro, ut notat glos. in cap. In eo formicator, in ver. Evant, 32. q. 2. quod patet, quia in illa Decretali copula fuit illicitè, & inique extorta, cum mulier esset alteri viro matrimonialiter copulata; & sic per copulam non potuerunt effici una caro, etiam si fuisset voluntaria, cum ibi non esset matrimonium, ut cap. Verum, supra eodem cap. Lex Divina constitutionis, 27. q. 2. & colligitur ex cap. Agat bos, ead. caus. & quest. Ergo non est bona ratiocinatio: Copula violenta parit affinitatem. Ergo per eam vir, & uxor efficiuntur una caro, & matrimonium consummatur.

Denique non obstant iura, quae dicunt factum attendi; quoniam ponunt casus speciales propter defectum Sacramenti, ut cap. Ille, 32. q. 5. vel propter praerogativam Ordinum, ut in cap. ult. 55. dist. nam lex promotionis considerat factum, non voluntatem, cap. fin. 15. q. 1. Et ob hanc rationem per vim oppressa non poterit inter virgines consecrari, quia virginitas ablata est, & per coactionem praecisam inhabilitat eam quantum ad hoc, ut est text. in cap. Accusatus, 26. q. 5. & in d. cap. Ille, 32. q. 5. & isto calu verificatur argumentum allegatum in contrarium per Archidiaconum in d. cap. Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

quem specialiter habebunt solae virgines, ut inquit Archid. in summa eadem caus. & quest. num. 2. circa fin. in verb. Avelata. Item delinquit petendo plus causa, vel tempore, ut c. unie. de plus petition. & fuit amator ardentior in uxorem, cap. Origo, 32. q. 4. Item sacrilegus, & excommunicatus opprimendo religionem, licet non professam, cap. Religio, de sentent. excomm. lib. 6. Item excommunicandus impediendo religionis, & castitatis propositum, cap. fin. 32. q. 2. ad hoc cap. Multos, 54. dist. Item quia jus sibi dixit in te propria, contra id quod habetur in c. Placuit, 16. q. 6. & in l. Nullus, C. de iudic. Item quia iure beneficium mulieri, quae non solum verbo, sed facto suam voluntatem ostendat, auferre non debuit, cap. Indultum, 42. cum concordantibus de regul. iur. lib. 6. & quamvis non puniatur ut raptor, nec incidat in Constitutionem Si quis in raptu, ut notatur in cap. 2. 36. quest. 1. puniri tamen debet ut transgressor legis prohibentis ne quis rapiat sponsam propriam, l. Vnicas, C. de rapt. virgin. Nam sic est in matrimonio spiritali, quia non debet sponsus suam sponsam, vel beneficium rapere violententer, cap. Eum qui, de prebend. lib. 6.

Itaque cum multipliciter deliquerit, intrat motum Bartholomaei Brixien. & sequacium quod non debeat esse melioris conditionis, quam non delinquens, ut in iuribus supra citatis, n. 28. ne pro poena, quam meruit, consequatur privilegium, c. Si vere, de sentent. excommuni. ar. quin potius est propter sui odium repellendus: alias daretur occasio malignandi contra id, quod habetur in cap. Legi, 16. q. 1. & cap. Quanto, in fin. de divort. & consequeretur indirectè, quod directè non posset consequi contra id, quod notatur in cap. Tuas, de procurat. & in cap. Cum quid una, de reg. iur. lib. 6. & audiretur suam turpitudinem allegans contra cap. Cum super, de concess. prebend. & in cap. Inter dilectos, de donat. Unde hoc casu non est locus opinioni Hostien. & sequacium, quia supponunt maritum uti iure suo, & non delinquere vim inferendo, cuius oppositum contingit quando sponsa violententer corrumpitur infra tempus eidem competens ad ingredendum Religionem, vel profectendum, ut ex dictis constat; & consequenter copula non legitime extorta non erit sponsae impedimento quamvis possit Religionem ingredi, & solemniter profiteri, quia cum contra jus, & vitiose oppressa fuerit, quoad facientem id habetur pro non facto, ut in dicta regula, quae contra us. cum concordantibus de quibus ibi in glos. 1. & arg. l. Quoties, ff. qui satisdant. cogantur. ubi si satisfatio sit praestita vitiose, non dicitur praestita.

Declarata tamen conclusionem ut supra firmatam, ut locum sibi vendicat dummodo sponsa per coactionem non conditionalem, seu per metum, sed per coactionem praecisam, & absolute oppressa fuerit: nam consensus potissime in matrimonio requiritur, sed matrimonium non est perfectum, nisi per copulam: ergo copula requirit consensus saltem inclinum in coactione conditionali, ut notatur in c. Merita, 15. q. 1. patiens autem coactionem absolutam nihil agit, cap. Sicuti, quod met. caus. & haec ratio multum movit Jo. Andr. in dict. regul. quae contra us. in fin. Ad hoc facit secundum Barthol. Brixien. in d. q. 80. num. 1. quia caro non potest dici corrupta nisi mens prius corrupta fuerit d. cap. Revera, 32. q. 5. Item corpus mulie-

rum non vis maculat, sed voluntas, cap. Propositus, & cap. De pudicitia, vers. Corpus, eadem caus. & quae sione. Cum ergo haec mulier iure, facto vel corrupta non debeat reputari, adhuc quasi in corrupta poterit Religionem profiteri. Item si ab alioquam a marito vi oppressa fuisset, maritus hoc ei imputare non posset, ut l. Vin passa, ff. de adulter. Ergo multo minus imputare ei debet quod ipse fecit. Demum matrimonium consummatum representat unionem Christi cum Ecclesia per carnem; & forsitur effectum a iure divino, & indissolubilitatem, cap. Deinde, 26. dist. cap. Cum societas, 27. q. 2. cap. Debitum, de bigam. & c. Vnico, de voto, lib. 6. Ergo per eam solum copulam consummatur, quae potest hanc unionem representare, quia omne quod est sacrum, vel alterius rei signum, illius debet esse simile, cap. Signum est, & cap. Species, de consecrat. dist. 2. sed talis est sola copula voluntaria, cum unio Christi voluntaria fuerit, s. Thom. in 3. par. q. 1. art. 2. ergo per solum copulam voluntaria matrimonium consummatur; & sic duo requiruntur ad confirmationem matrimonij, consensus animorum, & commixtio corporum, quae firmat, & pericit, cap. In omni, 27. q. 2.

fm. 57. dist. ut ibi expressè declarat Gemin. num. 8. vers. Ista distinctio. & Prapostus num. 4. circa finem. vers. Ista distinctio. Sed hujusmodi cause quæ vigent in consecratione, hic cessant; quia licet oppressa non possit inter virgines consecrari, potest tamen profiteri, cum in professione potius attendatur voluntas, quam factum, secundum Jo. Andr. in d. Regula Quæ contra num. 11. de regul. iur. dist. 6.

DE CONVERSIONE Conjugatorum.

Cap. Ex parte.

S V M M A R I V M.

- 1 Sponsalia de presenti per Religionis professionem, non per propositum castitatis servanda in seculo dissolvuntur.
- 2 Matrimonium non consummatum an solvi possit per Papam ex alia causa, quam in iure expressa, vel omnino simili.
- 3 Statuta prædecessorum à successoribus custodiri debent.
- 4 Papa potest duplex.
- 5 Ecclesia potest constituere ut matrimonium ratum dissolvatur, si alter conjugum labatur in hæresim. Secus si matrimonium sit consummatum, num. 9.
- 6 Circa matrimonium ratum latissime patet Papa potestas.
- 7 Papa potest dissolvere matrimonium non consummatum tam per viam statuti, quam dispensationis.
- 8 Matrimonium ratum quo iure dissolvatur per solemnem professionem alterius conjugis.
- 9 Matrimonium infidelium licet sit verum matrimonium, tamen non est Sacramentum.
- 10 Matrimonium ratum solvitur ex constitutione ecclesie, coniuge ad fidem converso, si infidelis nelaerit cohabitare, aut non sine contumelia Creatoris.
- 11 Matrimonium fidelium est Sacramentum, & post copulam ab Ecclesia solvi non potest.
- 12 Dispensandum an sit cum nobili coniugata ut in Domo Turris Speculorum Urbis emittat tria vota substantialia in manibus Delegati Apostolici, ita ut per hanc professionem solvatur matrimonium non consummatum, & num. seq. usque in finem.
- 13 Voti solemnitas est de iure positivo.
- 14 Matrimonium ratum non dissolvitur per suspensionem sacri Ordinis, sed per solemnem professionem.
- 15 Professio coniugis ut dirimat matrimonium ratum non consummatum tria requiruntur.
- 16 Monasterium Turris, Speculorum Urbis non est regulare, neque in eo emittuntur, nisi duo vota perseverantia, & obedientia.
- 17 Papa an possit statuere ut professio emissa in domo seculari dirimat matrimonium ratum non consummatum, & num. seq. usque ad num. 20.
- 18 Professio regularis non dicitur nisi ad se consensus Religionis recipientis. Papa an possit statuere ut matrimonium ratum dissolvatur per secundum consummatum, & num. seq.

- 20 Dispensatio super matrimonio rato quibus ex causis sit concedenda.
- 21 Frigiditas viri, & transitus ad celibatum an sine iusta causa dispensandi super matrimonio rato.
- 22 Matrimonium ratum non dissolvitur ex voto, quod emittunt Tertiaris, & V. s. l. m. a.
- Nec eremitice vita professione, aut votis, qua in Societate Iesu emittuntur à coadiutoribus formatis, ibidem.
- 23 Matrimonium ratum non dissolvatur per solemnem professionem, non autem per vota simplicia.
- 24 Et an dissolvatur per ingressum domus leproforum.
- 25 Odium inter conjuges exortum an sit iusta causa dispensandi super rato.
- 26 Dispensationem super matrimonio rato non consummatum qua debeant precedere.
- 27 Professio Regularis dicitur qua qui incorporatur alienis Religionibus approbatus, etiamsi fiat in domo seculari.

EX PARTE. Il secondo. Per Religionis professionem, non per propositum castitatis servanda in seculo dissolvuntur sponsalia de presenti. Hoc dicit. Communis divisio. Secunda ibi, Nos autem, quæ tria facit. Primò contra solutionem allegat. Secundo, solvit, ibi, Nos autem. Tertiò, solutionem determinat, ibi, Forò.

2 Nota ex hac Decretali in vers. Nos autem, argumentum optimum secundum Abb. num. 3, quòd matrimonium contractum per verba de presenti etiam carnali copula nondum consummatum, non potest dissolvi nisi in casibus à iure expressis; ponderando litteram ibi, nullo casu, juncto verb. nolentes. Unde infert Abb. ut Papa non possit matrimonium ratum dissolvere nisi ex causa expressa in iure, vel omnino simili, Sed certè hæc littera hoc non probat, quia Papa non dicit, Nos non valentes à prædecessorum nostrorum vestigiis declinare; sed nolentes; Et sic non fundat se in impotentia, sed in voluntate, quia nimirum decet Romanum Pontificem decessorum suorum voluntatem, & statuta custodire, cap. Insuper, 25. quest. 1. cap. Decessorum, & cap. Si ea destruerem, 25. quæ. 2. non tamen ad id restringitur, c. Innocent, §. Quamvis autem, de elect. cap. ult. de reser. lib. 6. §. Hæc ita, 25. q. 1. l. Digna vox, c. de legib. S. Thom. in 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3.

Unde opinio Abbatis salvanda potest tantummodo in potestate Papæ ordinaria, quæ scilicet sequitur ordinem juris positivi, & regulariter ad limites dispositionis illius, ut per Gemin. conf. 53. Pro responsione, in princ. vers. Quædam est potestas ordinata, non autem in potestate suprema, seu absoluta, secundum quam Papa est supra omne jus positivum, cap. Proposuit, de concess. preben. & d. §. Hæc ita S. Thomas quodlib. 4. art. 13. Gemin. d. conf. 53. in princ. vers. Quædam est potestas suprema.

Et propterea Hostien. hic num. 3. in verb. Fieret hæreticus, censet Ecclesiam posse constituere ut matrimonium dissolvatur, si alter conjugum labatur in hæresim, sicuti constituit ut dissolvatur matrimonium etiam consummatum, si unus ex duobus infidelibus convertatur ad fidem, ut in c. Gaudemus, de divort. maxime si in casu, de quo loquitur hæc Decretalis, matrimonium consummatum non esset: nam quare aliud censatur in fidelibus, aliud in infidelibus, non est rationem diverti-

versitatis reddere, nisi ex causa ratificationis, quæ canonica, sive ecclesiastica constitutione confirmatur, ut in cap. Quanto de divort. supra quam tamen Papa potius est, d. cap. Proposuit, de concess. preb. cap. Significasti, §. 1. de elect. Ita Hostien. quem totidem serè verbis sequitur hic Jo. Andr. in ver. Fieret hæreticus, num. 3. Quorum quidem opinionem arbitror veram esse si matrimonium sit tantummodo ratum, quia circa illud latissime patet Papæ potestas, ut post Alan. dixit glos. fin. in cap. Ex publico, supra eod. licet in assignanda ratione hujus Apostolicæ potestatis non conveniant inter se Canonistæ, de quo latè disserit Turrecrem. in cap. Sunt qui dicunt, num. 4. 27. quæ. 2. Et propterea dissolvi potest à Papa non solum per viam statuti, ut notat glos. præallegata Henric. Boich. in c. Innum. 4. infra de sponsal. duorum. Anch. conf. 4. 9. V. s. o. & diligenter inspecto, num. 3. & in c. 1. n. 2. de voto in 6. & ibi omnes: sed etiam per viam particularis dispensationis, secundum opinionem Canonistarum, quam servat Ecclesia Romana, ut dixi in d. cap. Ex publico. Ideoque matrimonium per solemnem professionem alterius conjugis solvitur, ut hic dicitur. Idque non iure divino, sed ecclesiastico, cum solemnitas voti fit ex sola constitutione ecclesie inventa, dicit text. in cap. unic. de voto lib. 6. & tenet in dict. cap. Ex publico, Hostien. in ver. Consummatum, Jo. Andr. n. 9. & Butt. n. 16. Michael Medina de sacros. homin. continentia, lib. 5. cap. 87. & seq. Valquæ 1. 2. disp. 165. e. 7. licet hoc casu matrimonium solvi iure divino positivo censent Scot. Viator, Sor. Corduba, & alij apud Basilium Pontius de impedim. matrim. c. 19. §. 2. vers. Sed mihi. Quinimo mirabile verbum dicit Hostien. in d. c. Ex publico, videlicet §. de consensu utriusque conjugum, scilicet sponsæ, & sponsi, Papam posse ex potestate absoluta dissolvere matrimonium, nulla alia causa existente; sed ex potestate ordinata posse tantum ex causa illud dissolvere, ut hic. Et idem dicendum est secundum eundem in simili casu. Sed contrarium tenendum est si matrimonium sit carnali copula consummatum. Et miror quod Hostien. dixerit non esse rationem diversitatis inter matrimonium infidelium, & fidelium. Imò enim matrimonium infidelium quamvis sit verum matrimonium, cap. De infidelibus de consang. & affinit. tamen non est Sacramentum, sed merus contractus deficiente Baptismo, qui est janua, & fundamentum omnium Sacramentorum, c. fin. de Presb. non bapt. cap. Præter, §. Verum, 23. dist. Unde non mirum si potuerit solvi ab ecclesia, etiamsi fuerit carnali copula consummatum, postea quam infidelis declaraverit se aut nullo modo, aut non sine contumelia Creatoris velle eum converso ad fidem cohabitare, cap. Si infidelis, 28. quæ. 2. cap. Quanto, & cap. Gaudemus, de divort. & notat glos. hic in ver. Ratum conjugium. Atverò inter fideles matrimonium fuit elevatum à Christo in Sacramentum, ut in d. c. Quæritur. Et propterea posteaquam per conjugalem copulam effecti sunt una caro, & Ecclesia amplius dissolvi non potest, quia Quos Deus coniungit homo non separat, glos. fin. in d. cap. Ex publico, supra eodem Henr. Boich. in d. cap. fin. m. 4. Turrecrem. in d. cap. Sunt qui dicunt, num. 4. 27. quæ. 2. Doctores in d. c. ult. ubi in specie Franc. in 3. not. ab. de voto in 6. Et hæc est ratio cur separatio matrimonii non cedat sub dispensatione in novo testa-

mento, sicut in veteri, ut docet S. Thom. in 4. dist. 33. q. 2. art. 2. q. 1. ad tertium. QUÆRITUR. An sit dispensandum cum nobili muliere conjugata, ut in Domo Turris Speculorum Urbis emittat tria vota substantialia in manibus Abbatis à Sede Apostolica delegati: ita ut ex hujusmodi professione dissolvatur matrimonium ratum, non consummatum. An ve timor frigiditatis viri, transitus ad celibatum, & odium inter conjuges sit iusta causa matrimonium ratum dissolvendi. Advocati hujus cause fatentur per professionem, quæ consuevit emitti in domo, seu monasterio Turris Speculorum, de rigore canonico matrimonium ratum non dissolvi ipso iure, sed esse opus ut à Sede Apostolica dissolvatur, & supplicat pro gratia. Dicunt autem dissolutionem hujus vinculi posse fieri duobus modis. Primò si Summus Pontifex indulgeat conjugati in manibus Delegati Apostolici emittat tria vota substantialia, & observantiam regulæ S. Benedicti, quemadmodum observatur in d. monasterio, & declaret illa vota censeri solemniter ad effectum dirimendi matrimonium ratum. Deinde dicitur hoc fieri posse Pontificia dispensatione, pro qua plures causas afferunt. Quoad primum modum est sollemnitas voti à sola constitutione ecclesie dependente, unde voto in 6. tamen ad dissolvendum matrimonium ratum non sufficit ut votum sit solemniter, quin dicitur rimeretur matrimonium etiam per votum, quod iuxta d. c. Uti ex susceptione sacri Ordinis solemnizatur, cuius contrarium statuitur in Extravag. Jo. XXII. Antiquæ condit. Sed requiritur ut votum sit solemne per emissionem professionis regularis c. Verum, & c. Ex publico, supra eod. quia non per propositum castitatis servanda in seculo dissolvitur sponsalia de presenti; sed per religionis professionem, ut hic dicitur. Unde ait glos. per hunc text. in §. Ecce, in ver. Solvit adimem, in fine 27. q. 2. Si quis in propria domo vellet religiosam vitam ducere, talis Religio non dissolvit sponsalia. Et de solemni religionis professione loquitur Conc. Trident. c. 6. sess. 24. de doct. matrim. [Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimatur, anathema sit.] Ad hæc autem professionem tria substantialia requiruntur, de quibus in c. Ad Apostolicam, de regular. & in c. Cum ad monasterium, de stat. Monach. Primum ut emittantur tria vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientia. Et hoc primum hoc casu poterit concurrere, si Summus Pontifex indulgeat mulieri, ut prædicta vota emittat, quamvis in d. monasterio ab aliis oblati non emittatur nisi votum obedientie, & perpetuæ stabilitatis in prædicto monasterio vivendi, ut per Navarr. conf. 6. n. 9. de voto. Secundum requisitum est ut hæc vota emittantur in manibus habentis potestatem incorporandi Religionis, iuxta text. in c. Porrectum, ubi Innoc. Abb. & ceteri notant de regular. cum concord. Et hoc requisitum similiter potest suppleri à Sede Apostolica per specialem delegationem Abbatis Sancti Pauli, vel alteri, cui magis placuerit, ut notatur per Doctores in d. c. Porrectum, & in c. Insuperante. Qui cler. vel voven. & per Navarr. conf. 89. de regular. Tertium requisitum est ut fiat hæc professio in aliqua religione à Sede Apostolica approbata, c. de voto in 6. Hoc

tertium requisitum deficit, quia dictum monasterium non est regulare, ut per Navarr. de cons. 6. de voto. Nec videtur posse suppleri, quia dicta mulier non vult incorporari alicui religioni, sed vult esse secularis in praedicta domo. Non videtur autem jure nostro posse decerni ut professio emissa in domo seculari absque incorporatione alicui de religionibus approbatis, censetur regularis ad effectum dirimendi matrimonium, ex tribus fundamentis.

17 Primum est, quia videtur implicare contradictionem ut haec mulier sit regularis, & non sit incorporata alicui ex religionibus approbatis, c. 1. de relig. domib. lib. 6. & cap. fin. infra eodem tit. Sed sit membrum regulare in corpore, & capite seculari: esset enim veluti monstrum, & quaedam perplexitas, quae non potest in esse produci, ut eleganter scribit Oldrad. cons. 172. incip. Quia omnes, a. n. usque in fin. unde Lapus Abbas in Clem. de privi. verbum illud, Religiosi, exponit, id est Religionem per Sedem Apostolicam approbatam, alias non essent religiosi. Unde non videtur super hoc de jure posse concedi dispensationem, cum de substantia voti religionis ad effectum solvendi matrimonium ratum sit, ut solemnizetur per professionem emissam in aliqua ex religionibus approbatis ad praescriptum, d. c. in de voto. in 6. & propterea glossa in d. cap. Cum ad monasterium de stat. Monach. in ver. Abdicatio, reddens rationem cur Papa non possit dispensare ut Monachus habeat proprium, dicit hoc ideo esse, quia abdicatio proprietatis est de substantia monachatus: quod indicant verba illa textus, ad d. annexa est regula monachali. Quod & docuit D. Thom. in 2. 2. quaest. 88. art. 11.

18 Secundum fundamentum. Ad hoc ut quis efficiatur regularis, requiritur necessario consensus non solum Novitij, sed etiam religionis, quia professio est contractus reciprocus, & utroque citroque obligatorius, cap. Ad Apostolicam, & cap. Porrellum, de Regul. Gemin. & Franc. in d. cap. in Navarr. cons. 26. in princip. de Regular. Non videtur ergo statui posse, ut emittatur ab uxore professio regularis, nisi aliqua sit religio, quae assensum praebet, & illi obligetur. Hoc autem casu nulla religio obligabitur, sed solum mulieres oblate, & seculares Turris Speculorum: cum praesertim ante professionem requiratur ut Novitius per annum probetur assensum religionis, & religio mores Novitij tam ex praescripto Sactorum Canonum, ut in d. c. Ad Apostolicam, cap. Non solum, & cap. Constitutionem, de Regular. in 6. quam ex decreto Tridentini Concilij cap. 5. sess. 25. de Regular. quod hoc casu non poterit verificari.

19 Tertium fundamentum, Professio quam emitteret dicta mulier vera non esset professio religionis secundum Canones. Unde si Sed. Apostolica statueret ut per illam professionem dirimeretur matrimonium, daretur novus modus matrimonium dissolvendi, id est per professionem emissam in domo seculari, absque ulla incorporatione alicui religioni a Sede Apostolica approbata.

20 Hoc autem maxime dubium est an jure fieri possit, sicuti multi censent Summum Pontificem non posse statuere, ut matrimonium ratum dissolvatur per consummatum, ut post Covarr. & alios, Sanch. lib. 2. disput. 14. m. 4. de quo tamen vide Turrecem. in cap. Sunt qui dicunt, m. 4. 27. quaest. 2. Et quamvis non deesset potestas; hoc tamen in-

dultum esset novum, & sine exemplo. In hac autem gravissima materia magnopere videtur cavendum a novitatibus.

21 Recurrunt ergo Advocati ad secundum modum, id est ad dispensationem. De potestate jam non dubitatur; praevaleat enim opinio Canonistarum, ut in c. Ex publico, & ibi dixi supra eodem. Difficultas in casibus versatur, debent enim esse admodum graves.

Prima causa, quam adducunt Advocati, est timor fragilitatis viri; elegant Sanchez de matrim. lib. 2. disput. 16. num. 6. Sed haec causa est omnino insufficientis. Et Sanch. & alij ab eo relati loquuntur de frigiditate post matrimonium contractum, non autem de timore frigiditatis; alioquin inventus esset modus statim dissolvendi matrimonium, & inutilis esset habitatio triennialis, & alia juris remedia, de quibus in cap. Fratemitatis, & c. Laudabilem, de frigid. & malef.

22 Secunda ratio, transitus ad coelibatum, & statum perfectiorem. Sed neque haec sufficiens est; alioquin omnes Tertiarie, seu Mantellate, vel Ursulinae possent obtinere dispensationem, cum tamen earum votis matrimonium non dirimatur, secundum Abb. in d. cap. Ex publico, & hic in ult. notab. num. 6. vers. Ex hoc infero, quia acti habeant certam regulam a Sede Apostolica approbatam, tamen ut hic patet, non sufficit recipere velum, & seryare continentiam; sed oportet ut quis se adstringat ad certam religionem approbatam, ubi scilicet emittuntur tria substantialia religionis. Ad hoc quod habetur in Extrav. Antiqua, Joannis XXII. ubi clarius hoc est expressum. Hujusmodi autem Mantellate non sunt stricto modo religiosae, cum non vocentur tria substantialia, nec proprie dicuntur habere regulam, sed quemdam modum vivendi, ut in simili dicit glossa notab. in Clem. 1. in ver. Obedienciam, de relig. domib. Et latius idem Abb. in vno. supra de Regular. Hinc fit ut professione vitae eremiticae matrimonium ratum non dissolvatur, sed de inst. & in lib. 7. q. 5. art. 3. & notatur in §. Ecce, 27. q. 2. Hinc etiam fit ut non dirimatur per tria vota substantialia, quae emittuntur a coadjutoribus formatis in Societate Jesu; Sunt enim simplicia, quamvis publice emittantur, ut declaravit Gregor. XIII. in Constitutione, Ascendente Domino, edita 8. Kalendas Junij 1584. & censent quatuor ejusdem Societatis Patres, videlicet Valq. in 1. 2. q. 96. art. 4. disput. 165. cap. 10. Henric. lib. 11. de matrim. cap. 8. Petrus Ribadencira in lib. de Societ. Instit. cap. 19. §. 1. & Sanch. de matrim. lib. 2. disput. 18. num. 6. Et quamvis Advocati dicant sufficere causam expressam in Canone, vel illi similem; tamen ad hoc requiritur omnimoda similitudo, Abb. hic num. 4. dum ait Papam non posse dissolvere matrimonium, nisi ex causa in jure expressa, vel omnino sibi simili. De quo tamen dixi supra in primo notab. num. 2. At professio in monasterio, de quo agitur, nullo modo habet hanc omnimodam similitudinem cum professione solemnij, quia vota simplicia non aequiparantur solemnibus, ut in d. cap. unice, & in fine: illa enim continent solum professionem verbalem; haec vero continent etiam realem traditionem. Et haec est causa, propter quam ratum dissolvitur per solemnem professionem, non autem per vota simplicia secundum D. Thomam in 4. sentent. dist. 38. quaest. 1. art. 2. ad 3. & Covarr. in

Epit.

Epit. de spons. par. 2. cap. 7. §. 4. num. 7.

Nec obstat quod per professionem emissam ab aliquibus Tertiaris ratum dissolvatur secundum Sanchez allegatum; nam responderetur hoc esse verum de Tertiaris, quae emittunt vota substantialia in religione approbata, & sunt verze Moniales secundum declarationem Sixti V.

24 Ultimo adducunt Advocati doctrinam Hostien. hic num. 15. quod per ingressum domus leproforum matrimonium dissolvatur; sed tamen Hostiensis non sicut pedes, & dicit consulendum Papam. Et certe ejus opinio vera est, & reprobatur a Joan. Andr. & aliis communiter. Unde in ea nullum potest fieri fundamentum pro dispensatione.

25 Oretum deducunt Advocati ordinum, quod inter conjuges emerit, propter quam causam dicitur dispensatio Eug. IV. & scandala, quae probabiliter timeri possunt, quae de re extat insignis doctrina Cajet. l. tom. 2. cap. 7. art. 38. Verum haec doctrina alias habita est pro admodum dubia, nisi sublit timor publicerum actionum. Et in Conc. Trident. cap. 5. sess. 24. de doct. matrim. diffinitum est, ut si quis dixerit propter haereseim, aut molestam cohabitationem matrimonij vinculum posse dissolvi, mathema sit: quod aliquando fuit intellectum etiam de matrimonio rato; & sacra Penitentiaria in simili causa, in qua graviore causa concurrebant, fuit divisa. Et re vera in omnibus illis casibus frigiditatis viri, vel mulieris, & maleficii, de quibus in tit. de frigid. & malef. & de sponsa duor. concurrebant illae causa jurij, & dissidij inter conjuges, praesertim ubi secunda uxor fuerat cognita, & remanebat diffamata, & prolem sustulerat: & tamen Canonae semper jubent prima conjugia reintegrari. Itaque tutius videtur ut non bilis haec mulier ingrediatur aliquod monasterium ex religionibus approbatis: nam cum velit jam sponte tria vota substantialia profiteri in perpetuum, & supposita hac voluntate habemus modum canonice dissolvendi matrimonium ratum, non consummatum per solemnem professionem; privatus affectus ipsius mulieris volentis ingredi donum seculare non videtur iusta causa dispensationis in hac gravissima materia. Et interea multa acciderent poterunt, ob quae dispensatio non sit necessaria; ut si matrimonium declaratur nullum ex impedimento frigiditatis, seu maleficii, juxta cap. Fratemitatis, & cap. Laudabilem, de frigid. & malef. vel dementiae viri, juxta cap. Dilectus, de spons. aut si vir lib. retur ab utroque morbo, & uxor verisimiliter non curet amplius ab eo divertere; aut quid simile contingat. Unde dispensatio propter exemplum quantum fieri potest videtur differenda, & solum concedenda cum necessitas impulerit.

26 Quatenus placeret Sanctissimo concedere dispensationem, tria essent praevitenda. Primum probatio matrimonij non consummati, ad sacrorum Canonum praescriptum. Secundum expressio, & cumulatio causae professionis in dicto monasterio cum aliis causis, praesertim dissidij, odij implacabilis, & inimicitiarum. Tertium supplicatio utriusque conjugis; nam ad instantiam unius tantum non consistit in matrimonium dissolvi.

27 Porro cessabit omnis difficultas si oratrix consentiat se incorporari religioni S. Benedicti; poterit enim eo casu Sanctissimo illi indulgere ut

ingredi valeat domum religiosam Turris Speculorum, in eaque emittere tria vota substantialia, & solemnem professionem religionis praedictae S. Benedicti, sub cujus regula Oblata dictae domus vivunt in manibus Delegati Apostolici, qui eam nomine hujus sanctae Sedis acceptet. atque oratricem Ordini S. Benedicti incorporet ad effectum ut perpetuo in eadem domo remaneat sub obedientia illius Praesidentis, & Superiorum, & etiam ad effectum ut matrimonium inter oratricem, & comitem ejus virum contractum, sed non consummatum dissolvatur, ipseque comes ad alia vota transire possit. Neque enim est novum ut valeat professio solemniter emissa in domo privata in manibus habentis facultatem incorporandi religioni a Sede Apostolica approbata, ut est text. in c. Infirmitate, Qui cler. vel vovet. ubi deciditur validam esse professionem regularem emissam a quadam muliere in manibus Fratris Ordinis S. Augustini, cum hoc ut in domo propria cum omni substantia sua remaneret. Atque ibi post glossam Innoc. & alios notat Abb. num. 5. & concordat text. in c. De vidua, d. primo, 27. q. 1. ubi glossa, in verbo Proprijs, ait esse votum solemne, licet in sua domo emissa fuerit professio. Ad idem est textus singularis hic ubi Innoc. III. respondet matrimonio mulieris cum viro leproso contractum, sed non consummatum fuisse dissolutum per professionem emissam ab eadem muliere coram duobus Abbatibus in domo propria; quae textus videtur decidere casum, de quo agitur.

Brevi expediendo addenda esset clausula infra scripta, videlicet: [Ceterum per praemissa ipsius monasterij, seu domus religiosa statum in reliquis, & quoad alias Oblatas alterate, aut quomodolibet immutare non intendimus.]

De Voto, & Voti redemptione.

Cap. Litteraturam.

LITTERATURAM. Simpliciter proponens religionem ingredi, licet non ingrediatur non est reus voti. Hoc dicit, secundum Jo. Andr. Butr. Card. Anchar. & Jo. de Anan. Sed generalius potest sic summari secundum Abb. Ex sola conceptione boni explicandi non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum. Hoc intendit, & est notabilis, & singularis decisio. Primo, consultatio; secundum, responsio, ibi, Ibi.

Pro intelligentia hujus textus vide quod scriptum in c. Consultatio, num. 15. & 20. de Regular.

De Voto.

Cap. Quod super his.

QUOD SUPER HIS. Impedito ad tempus exequi votum ultra maritimum, conceditur dilatio: perpetuum vero impedito indicitur redemptio in eo, quod magis expedit Terrae Sanctae. Hoc dicit secundum omnes, & est pars ead. Quod super his, supra de fid. instrument. Communis divisio; secunda, ibi, Nos autem, quae primo dat generalem

o 3